



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

6. An Obligatio dependeat essentialiter à promulgatione? quo loco,  
tempore & modo promulgatio fieri debeat jure tam Pontificio quàm  
Caesareo?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

promulgata ad eorum notitiam pervenire possit, habitâ ratione intervalli locorum à Curia, in qua facta fuit promulgatio: quia Authen: supradicta à jure Can: recepta non est, ut patet ex praxi Curia Romanæ in qua lites deciduntur juxta leges Pontificias Romæ tantum promulgatas, & transgressores puniuntur ante duos menses elapsos, *Azor Tom: 1 lib. 5. c. 3. q. 2.*

6. Non levis est inter Doctores controversia, an Summus Pontifex habeat potestatem ferendi constitutiones civiles obligantes totum orbem, Et quidem eorum opinio, qui potestatem Pontificiam extendunt ad totum orbem, prout is includit non tantum fideles, sed etiam infideles, videtur nimium tribuere, *Suar lib. 3. de leg: cap. 6.* cum Christus Dominus quoties Ecclesiæ potestatem gubernativam contulit, semper loquatur respectu fidelium: *Ioann: 21. pasce oves meas.* non de his qui foris sunt. *1: Corinth: 5.* Aliorum doctrina est, quæ Jurisdictionem directam Vicario Christi concedit, solum in casu quo totus orbis fidem susciperet, hæc licet probabilitate suâ non careat, *Navar-*

*rus in 2*

rus in cap: novit: de Iud: notab: 3. August. de An-  
 cona de potestate Ecclesie q. 1. n. 7. Papa Nicola-  
 us in cap 1. dist. 22. Bonif: 8. extrava: unam San-  
 ctam de major: & obed: amplectimur nihil-  
 ominus doctrinam Bellarmini lib. 5. de Ro-  
 mano Pontifice docentis neq; in hoc secun-  
 do sensu Summum Pontificem habere po-  
 testatem de facto directam temporalem  
 in univrsam orbem, sed solum in illare-  
 gna & provincias, quarum Summus Pon-  
 tificex est Dominus temporalis: Victor: in  
 utraq; relect: de potestate Papa, Covar: & alij  
 apud Molin: indirectam autem in partibus  
 Ecclesie temporaliter non subiectis, qua-  
 tenus Pontifex disponit circa temporalia,  
 in quantum media esse possunt salutis ex-  
 ternæ. Bellar: lib: 5. de Rom: Pontifice. cuius  
 ratio desumi potest ex cap. solita de major:  
 & obed: & cap. per Venerabilem.

7. Affinis est priori quaestio de pote-  
 state Casarea, in qua saepius Jureconsul-  
 torum ingenia desudârunt. Liberalissi-  
 mus in terminis potestati Casareae statu-  
 endis est Bartholus, qui mordicè tenet  
 Imperatorem habere Jus & dominium  
 Jurisdictionis in univrso orbe, ad eò ut  
 hære-